

A. May XX.

33 24-1.

2

V I R O  
ADMODUM REVERENDO  
E T  
CLARISSIMO  
DOMINO M. JOANNI  
**CONRADO BARTHIO**  
ARGENTORATENSI,

Nuper

Sac : Reg : Maj : DANIA à Sacris Legationis ad Aulam

Cæsaream, Jam Vero

*Régie liberaq; in Inferiore Hungaria Civitatis Seapronii*

PASTORI PRIMARIO  
GYMNASIIQUE INSPECTORI,  
LECTISSIMAM SPONSAM  
omnibus Sexus sui ornamentis Cumula-  
tissimam

VIRGINEM  
**ANNAM ROSINAM,**

Regi nyomtatványok Bratislavai gyűjtemény

[1666]

343

GENERALI DOMINI  
ÆGIDI LUDOVICI PRISOMANNI  
a  
NOETTIG,  
PIÆ RECORDATIONIS.  
ET  
NOBILISSIMÆ MATRONÆ  
ROSINÆ STAINERIÆ  
FILIAM UNICAM  
GRATULANTUR  
Amici & Cives, Argentoratenses.

(303.16.3.)  
"Regi nyomtatványok Béla Szilárd gyűjtemény"

37 3401.

I.  
REVERENDO ADMODUM  
ET  
CLARISSIMO VIRO  
D. M. JOHANNI  
**CONRADO BARTHIO,**

*S P O N S O .*



Ulace solum Patrium est equiden, ut proverbia dicunt?

Uulgo inde est Patrio cedere triste solo.  
Sed jam olim placuit doctis, quod nutriat  
artem

Quæque & sit fortis Patria terra Viro.

Ergo isti vulgo non tu, CLARISSIME BARTHI,

Accensere, cui Patria cara nimis.

Vifere constituiſti alio ſub ſole calentes

Terras & felix hoc fuit, ecce! tibi.

Est data, quâ poſſis, ingens occaſio, CHRISTO

Inſervire tuo CHR̄STICOLUMQUE gregi.

Conjugio ſimul egregio thalamoque bearis:

Vive igitur felix! Nestora vive ſenem!

De munere Ecclesiastico & Matrimonio gratulatur Argentinæ S E B A S T I A N U S S C H M I D T , S. Theologiæ D. Prof: ord: facultatis Theol: h. t. Decanus & Ecclesiastes

A i j

Plu-

1902.10.3  
Key: nyomtatványok Béla Sával - gyűjtemény

## II.

Plurimum Reverendo & Præcellenti Viro

DOMINO

M. IO. CONRADO BARTHIO,

S P O N S O.

**Q**ui sua distribuit, quibus ornat Corda suorum,  
Plurima Dona Deus Sanctum dispensat in usum.  
Namque in clementum capit inde Ecclesia CHRISTI  
Contulit ille tuam in mentem præstantia Dona,  
Multorum inque usum, qui contulit, ille Sacravit.  
Et data dona tibi multo cum fœnore reddis:  
Hinc capis & laudem servi, nomen que fidelis.  
Ædificare Domum Domini pro viribus instas:  
Ædificatq; Domum Dominus tibi teque beabit.  
Inconclusa Domus Domini, quam construis, atque  
Inconclusa Domus Dominus quam construitipse.

Gratulabundus Scripsit ISAACUS  
FAUSTIUS SS. Theol. D. ejus-  
dem PP. Ordinat. & Ecclesia-  
stes.

1305.6.3.3  
Regi nymphetamine Balthazar Lycenm:

37 3401.

III.

FELICITER!

Nuptiis viri admodum Reverendi atque Clarissimi  
D.M.JO. CONRADI BARTHII, ALSATI,  
ECCLESIAE OEDENBURGENSIS IN  
HUNGARIA PASTORIS

*Dominis in CHRISTO Fratris & Amici  
plurimum Colendi.*

VEna fave! Vates, Pastor, Veteranus Amicus  
Carmina me poscit. Sed mihi plena fave!  
Ut valeam meliora meæ de promere mentis  
Sensa, quibus sacrum grater, Amice, novum  
Argentina olim percusserat inter utrumque  
Fœdera tot factis sæpe probata suis.  
Lipsia firmarat, dederat Witeberga valorem,  
Cum tibi Dorscheus scriberet: Ergo veni.  
Hinc mare te tenuit septemque sub axe trionum  
Dania: mox habuit pulchra Vienna virum  
Pannonia tandem sedes placuere, volente,  
Qui nutu fatum dirigit omne, Deo.  
Quare conjugium tandem, res sacra, paratur  
Et rutilant teretes igne calente faces.  
Ardet amore, pio sed amore en! BARTHUS ardet:  
BARTHUS Hungariae nobile fidus amat.  
Gratulor accensas facibus melioribus ignes,  
Fausta crepant & erunt hæc bona signatori.

Baltasar Bebelius S. Theol. D. ep̄ insdem  
P.P. in universitate Argentorar,  
& Ecclesiastes.

A 3

BAR-

Reg. nyomtatványok Bratislava-Lyceum  
(303.162.)

## III.

BARTHI, noster Amor, faciles cui munera Musæ  
 Omnia munifica contribuere manu.  
 Post tempestates varia & discrimina rerum  
 Otia secura plena quietis agis.  
 Jam juvat & veterum finem sperare malorum  
 Arbitrioque dies Continuare tuo.  
 Exere mentis opes coetum defende piorum  
 Profer & ingenii mascula dona tui.  
 Sis felix, faveat Thalamo concordia vestro  
 Et properare vetet fata suprema Deus.

*Amoris ergo Scripsit*  
*JACOB SCHALLER, Theol. D.*  
*& Phil. Pract. Prof.*

## V.

## IN NUPTIAS

EXCELENTIS JNGENII UIRI,  
 D. JO. CONRADI BARTHIL.

Fortes creantur fortibus & esse solet in  
 Equis Patrum virtus; nec imbellem queunt  
 Aquilæ feroce procreare columbulum:  
 Ergo pererudite vir, da BARTHIOS.  
 Rarissimæ namque indolis circumfluis  
 Illustribus opibus atque mentis dotibus.  
 Puella formosa cecidit generosaque  
 In BARTHII mei sanguinem. Dic vir bone  
 Ei salutem plurimam, ac Amaryllida  
 Complectere tuam, vitam et age feliciter.

*JOHANNES FAUSTIUS S. Theol. D.*  
*Log. & Metaph. Prof. Publ.*

In-

"Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum!"  
 (1303.19.2.)

6

7

37 3401.

VI.

JNgenii vires mirata est Patria: gazas  
Doctrinæ varias dilexit Dania: flumen  
Eloquii Sancti bibit haetenus auribus ister  
Attentis: Horum fructus nunc Pannonis ora  
Vendicat una sibi proprias gratoque fovere  
Alma sinu Mater peregrinum perget, ab illo,  
A fidis pietas Studiique industria verbi  
Quæ mystis sperare jubet, certissima vates  
Omnia promittens sibi. Nos quoque pectoro nostra  
Sincero addamus vota: haec Ecclesia, curæ  
Salvator fideique tuæ quam credidit, annos  
Cumplures illis donis loca cœtera tantum  
Quæ degustarunt, plene satienda fruatur:  
Quique Lupos inter medius grex arma dolosque  
Quotidianie, quocunque Oculos converterit, horret,  
Flaminis ore tuo Sancti solatia fido  
Cœlica fufa bibens, per nubila densa serenum,  
(Qui vel in hoc seculo vel post hoc certe orietur,)  
Solem prospicere, ac animos non linquere discat.  
Sancti operis vero te servet, Amice, ministrum  
Supremus Regum Rex & benedictio multa,  
Quam tibi, quemque paras thalamum descendere, dives  
Autor quorumvis velit affluere imbre bonorum  
Largo, tot curas vigiles & tædia fallat.

Veteri amico, quondam commilitoni  
& competitori honoratissimo & in  
Christo Fratri dilectissimo nunc  
quoque bene precature ex animo Ar-  
gentinae

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS,  
SS. Theol.D. & Liber Ecclesiastes,

A iiiij

Elt

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.16.1.)

37 38

VII.

**E**st dictum triviale: per aspera abitur ad astra,  
Quod bene mi B A R T H I Clarissime dixero de te.  
Divinis siquidem donis te Jova beavit  
Attamen & voluit vexari casibus ante  
Turbatis, quam sis ad dignos vectus honores:  
Quid te non vedit supra Vienna,  
Nendum quæ patiens alibi persæpe persicla  
Es passus; lætus sed nunc ascendis ad astra  
Fortunæ; CHRISTI cum sis ad ovile vocatus.  
Ad thalamum lectam quoque sponsam rite vocasti  
Carpturus requiem multo discrimine fessus.  
Aspera per varia en! certo sic itur ad astra.  
Quòd supereft votum si & hoc , quod pectore fundo;  
Muncre det fungi supremus Pastor ovilis  
Sicut oves CHRISTO commissas reddere possis:  
Conjuge cum socia vigeas ad Nestoris annos.

*Honoris & Congratulationis ergo  
scripsit hæc Argentorati  
BALTHASAR FRIDERI-  
CUS SALZMANN, Lic.  
& Pastor summi Templi.*

O nimi-

Regi nyomtatványok, Bratislava -lyceum:  
(303.19.2.)

•••••


Teg ligem tehda umijeneg dūmer,  
nosti /  
že tuto ac malu a sprostu Prach  
mau  
Wasse (tlu) Wysoce, Brozene, Milosti  
Milostiwima Dýma w děine  
pkigimur.  
Mezitym / nech Váh Odplatitel neg.  
stedregis  
Nakladny na tuto Prach věmene  
Mahradj z sweg. Polkladnice negbo,  
hategsíy /  
A dā co žadagi gyd Srdcā stru-  
sene.  
On Pojehna si w sech žmilym do-  
macimy  
Ugych predsevjeti / a přítelstwo  
slavone  
On ostliha siod wssy Škody s pod-  
damym:  
Nech budu Pojehnani páné  
vstanové /  
Dokud neptigdu do Nebesteg We-  
selosty /  
Kdejto budu nowe Pissnicko spí-  
wati /

A; Mu

•••••

A; Nebestany radowat se na We-  
nosti  
Ach ráe to GEZU gym y wssem  
Wernym dāti!  
Zak žici a žada v srdečne winssuge  
Ten kteryjto nepestale a w zdychy  
sluge  
Wassych Wysocē Brozenosti.  
Dake Wele Sláwnych Milosti.

Vlegmenssy Služebnyk za  
wszech dnůw swych  
Totýto : Elias Minarowych /  
M. R.



A 4

R Spis

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum  
(303.19.2.)

Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum  
(303.19.2.)

O VII

3753.

"Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum"  
(303/1022)

646

6/282

38 24-1. C 4  
2

VIR O  
ADMODUM REVERENDO  
ET  
CLARISSIMO  
DOMINO M. JOANNI  
**CONRADO BARTHIO**  
ARGENTORATENSI,

Nuper  
Sac : Reg : Maj : DANIAE à Sacris Legationis ad Aulam  
Cæsaream, Jam Vero

*Regia liberaq; in Inferiore Hungaria Civitatis Sempronii*

PASTORI PRIMARIO  
GYMNASIIQUE INSPECTORI,  
**LECTISSIMAM SPONSAM**  
omnibus Sexus sui ornamentis Cumula-  
tissimam

VIRGINEM  
**ANNAM ROSINAM,**

1303.16.8  
"Regia liberaq; in Inferiore Hungaria Civitatis Sempronii"

[1666]

GENERALI DOMINI  
ÆGIDI LUDOVICI PRISOMANNI  
a  
NOETTIG,  
PIÆ RECORDATIONIS.  
ET  
NOBILISSIMÆ MATRONÆ  
ROSINÆ STAINERIAE  
FILIAM UNICAM  
GRATULANTUR  
Amici & Cives, Argentoratenses.

"Regi nyomtatványjáról Bratislavai Tájékoztató"

34 3401.

I.  
REVERENDO ADMODUM  
ET  
CLARISSIMO VIRO  
D. M. JOHANNI  
**CONRADO BARTHIO,**

S P O N S O .



Ulace solum Patrium est equiden, ut proverbia dicunt?

Hulgo inde est Patrio cedere triste solo.  
Sed jam olim placuit doctis, quod nutriat artem

Quæque & sit forti Patria terra Viro.

Ergo isti vulgo non tu, CLARISSIME BARTHI,

Accensere, cui Patria cara nimis.

Visere constituisti alio sub sole calentes

Terras & felix hoc fuit, ecce! tibi.

Est data, quâ possis, ingens occasio, CHRISTO

Infervire tuo CHRISTICOLUMQUE gregi.

Conjugio simul egregio thalamoque bearis:

Vive igitur felix! Nestora vive senem!

De munere Ecclesiastico & Matrimonio gratulatur Argentinæ S E B A S T I A N U S S C H M I D T , S. Theologiæ D. Prof: ord: facultatis Theol: h. t. Decanus & Ecclesiastes

A i j

Plu-

Key! nyomtatványok! BARTHUS LIPSIENSIS LIBERUM: (1802. 19. 3.)

37 37

II.

Plurimum Reverendo & Præcellenti Viro  
DOMINO  
M. IO. CONRADO BARTHIO,  
S P O N S O.

Qui sua distribuit, quibus ornat Corda suorum,  
Plurima Dona Deus Sanctum dispensat in usum.  
Namque in clementum capit inde Ecclesia CHRISTI.  
Contulit ille tuam in mentem præstantia Dona,  
Multorum inque usum, qui contulit, ille Sacravit.  
Et data dona tibi multo cum fœnore reddis:  
Hinc capis & laudem servi, nomen que fidelis.  
Ædificare Domum Domini pro viribus instas:  
Ædificatq; Domum Dominus tibi teque beabit.  
Inconclusa Domus Domini, quam construis, atque  
Inconclusa Domus Dominus quam construit ipse.

Gratulabundus Scripsit ISAACUS  
FAUSTIUS SS. Theol. D. ejus-  
dem PP. Ordinar. & Ecclesias-  
tes.

303.1.302  
Rogai nyomtatványok BARTÓK László - gyűjtemény:

37 3401.

III.

FELICITER!

Nuptiis viri admodum Reverendi atque Clarissimi

D.M.JO. CONRADI BARTHII, ALSATI,  
ECCLESIAE OEDENBURGENSIS IN  
HUNGARIA PASTORIS

*Dominis in CHRISTO Fratris & Amici  
plurimum Colendi.*

VEna fave! Vates, Pastor, Veteranus Amicus  
Carmina me poscit. Sed mihi plena fave!  
Ut valeam meliora meæ de promere mentis  
Sensa, quibus sacrum grater, Amice, novum  
Argentina olim percusserat inter utrumque  
Fœdera tot factis sæpe probata suis.  
Lipsia firmarat, dederat Witeberga valorem,  
Cum tibi Dorscheus scriberet: Ergo veni.  
Hinc mare te tenuit septemque sub axe trionum  
Dania: mox habuit pulchra Vienna virum  
Pannonia tandem sedes placuere, volente,  
Qui nutu fatum dirigit omne, Deo.  
Quare conjugium tandem, res sacra, paratur  
Et rutilant teretes igne calente faces.  
Ardet amore, pio sed amore en! BARTHUS ardet:  
BARTHUS Hungariae nobile fidus amat.  
Gratulor accensas facibus melioribus ignes,  
Fausta crepant & erunt hæc bona signatori.

Baltasar Bebelius S. Theol. D. ep̄iusdem  
P.P. in universitate Argentorat,  
& Ecclesiastes.

A 3

BAR-

Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum  
1303. (1612.)

## III.

**B**ARTHI, noster Amor, faciles cui munera Musæ  
Omnia munifica contribuere manu.  
Post tempestates varia & discrimina rerum  
Otia securæ plena quietis agis.  
Jam juvat & veterum finem sperare malorum  
Arbitrioque dies Continuare tuo.  
Exere mentis opes coetum defende piorum  
Profer & ingenii mascula dona tui.  
Sis felix, faveat Thalamo concordia vestro  
Et properare vetet fata suprema Deus.

*Amoris ergo Scripsit  
JACOB SCHALLER, Theol. D.  
& Phil. Praet. Prof.*

## V.

## IN NUPTIAS

EXCELENTIS INGENII UIRI,  
**D. JO. CONRADI BARTHIL.**

**F**ortes creantur fortibus & esse solet in  
Equis Patrum virtus; nec imbellem queunt  
Aquila feroce procreare columbulum:  
Ergo pererudit vir, da BARTHIOS.  
Rarissimæ namque indolis circumfluis  
Illustribus opibus atque mentis dotibus.  
Puella formosa cecidit generosaque  
In BARTHII mei siuum. Dic vir bone  
Ei salutem plurimam, ac Amaryllida  
Complectere tuam, vitam et age feliciter.

*JOHANNES FAUSTIUS S. Theol. D.  
Log. & Metaph. Prof. Publ.*

In-

"Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum."  
(303.19.7.)

37 3701.

VI.

JNgenii vires mirata est Patria : gazas  
Doctrinæ varias dilexit Dania : flumen  
Eloquii Sancti bibit haç tenus auribus ister  
Attentis: Horum fructus nunc Pannonis ora  
Vendicat una sibi proprias gratoque fovere  
Alma sinu Mater peregrinum perget, ab illo,  
A fidis pietas Studiique industria verbi  
Quæ mystis sperare jubet, certissima vates  
Omnia promittens sibi. Nos quoque pectore nostra  
Sincero addamus vota: haec Ecclesia, curæ  
Salvator fideique tuæ quam credidit, annos  
Cumplures illis donis loca cœtera tantum  
Quæ degustarunt, plene satienda fruatur:  
Quique Lupos inter medius grex arma dolosque  
Quotidianie, quocunque Oculos converterit, horret,  
Flaminis ore tuo Sancti solatia fido  
Cœlica fufa bibens, per nubila densa serenum,  
(Qui vel in hoc seculo vel post hoc certe orietur,)  
Solem prospicere, ac animos non linquere discat.  
Sancti operis vero te servet, Amice, ministrum  
Supremus Regum Rex & benedictio multa,  
Quam tibi, quemque paras thalamum descendere, dives  
Autor quorumvis velit affluere imbre bonorum  
Largo, tot curas vigiles & tædia fallat.

Veteri amico, quondam commilitoni  
& competitori honoratissimo & in  
Christo Fratri dilectissimo nunc  
quoque benè precature ex animo Ar-  
gentinae

PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS,  
SS. Theol.D. & Liber Ecclesiastes,

A iiiij

Elt

Regi nyomtatványok Bratislava Lycéum:  
(303.14.1.)

## VII.

**E**st dictum triviale: per aspera abitur ad astra,  
 Quod bene mi B A R T H I Clarissime dixero de te.  
 Divinis siquidem donis te Jova beavit  
 Attamen & voluit vexari casibus ante  
 Turbatis, quam sis ad dignos vectus honores:  
 Quid te non vidit suprema subire Vienna,  
 Nendum quæ patiens alibi persæpe persicla  
 Es passus; lætus sed nunc ascendis ad astra  
 Fortunæ; C H R I S T I cum sis ad ovile vocatus.  
 Ad thalamum lectam quoque sponsam rite vocasti  
 Capturus requiem multo discrimine fessus.  
 Aspera per varia en! certo sic itur ad astra.  
 Quod superest votum si & hoc , quod pectore fundo:  
 Munere det fungi supremus Pastor ovilis  
 Sicut oves C H R I S T O commissas reddere possis:  
 Conjuge cum socia vigeas ad Nestoris annos.

*Honoris & Congratulationis ergo*  
*scripsit hæc Argentorati*  
*BALTHASAR FRIDERI-*  
*CUS SALZMANN, Lic.*  
*& Pastor summi Templi.*

O nimis

„Regi nyomtatványok, Bratislava Lyceum:  
 (303.10.2.)”

37 3751.

VIII.

O Nimirum felix! O terque quaterque beate  
Sponse! cui duplex sponsa adamandā datur  
Dignior utraque es, dico, dignissimus imo:  
Ambas pro meritis ipse D E U S sociat  
Nupta tibi nuper, Sempronia, mystica sponsa  
Illa D E I cultrix Hungara Sancta cohors  
Sponsa nitens C H R I S T I R O S E O hujus sanguine tintata  
Quæ spinas inter ceu R O S A amæna rubet.  
A N N A R O S I N A simul, lectissima sponsa locatur  
Inter mille R O S A S pergenerosa R O S A.  
Sit R O S A grata tibi, R O S A amabilis A N N A : R o s a r u m  
Virtutes referens A N N A R O S I N A bonas!  
Sit R O S A colloquio R O S E O, R O S A amore & odore  
Sit R O S A, quæ reficit, sit medicansque R O S A!  
Centum delicias veluti R O S A tot foliorum,  
Commoda plus centum & gaudia mille paret!  
R o s precor ex alto vestrum vegetare Rosetum  
Necesset, R O S E A ut germina multa ferat!  
Spina infesta R O S I S nunquam vos tangat & angat  
Ventorum iabiem leniat aura levis.

*Sic votet ex animo*  
*M. GEORG CHRISTOPH.*  
*ALGEIER, Pastor & Cano-*  
*nicus Thomanus.*

O nimis

B

8. 9  
„Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.19.2.)

## IX.

Plurimum Reverendo ac Nobilissimo Viro

DOMINO

JO: CONRADO BARTHIO,

ARGENTINA ALSATO

Ex adversitatibus Gravissimis hinc & illinc Superatis  
Victori & Sponso Clarissimo, hoc quidquid est Argentinâ  
Transmittit.

*M. Joannes Huberus Ecclesiae Guilhelmitane ibidem Pastor &  
Prenobilis Collegii Stephanici Senior.*

**L**ætatur CHRISTUS post fatum tempore justo  
In Chana ad thalamos cum revocatus adest:  
Hoc intra atq; extra Patriæ quoq; mœnia BARTHI,  
Passus, ceu Sponsus non peregrinus agis.  
Gratia fit vestræ Domui satis ampla penatum,  
Cor Deus Hungarico Compleat omne mero.

## X.

**R**Emigo ferit alarum ceu nubila Cœli  
Suetus ferre ales tela trifulca Iovi;  
Ardua non aliter, Barthi, super æthere, rara  
Tranasti genii dexteritate tui  
Haec tenus : est vere tua mens velocior annis,  
Et refugit seras ingeniosa morias,  
Cursibus hinc subitis scandebat puberis ævi  
Metas, omnigena promptus in arte labor.  
Mox placuit terras alio sub sole calentes  
Vilere : Collectas nec latitare Dei  
Pectoris est visum dotes, quas DANIA novit;  
Sempronium sibi jam consecrat atque suis

Uſibus

"Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.19.2.)

37 37521.

Ufibus in totum transcribit, quando cathedram  
Committit fidei, vir Reverende, tuæ,  
Et cum sis terris ja&tatus & æquore multum  
Pro meritis Conferit munia digna tuis,  
Gratulor ex animo: laus est non imita, vocantem  
Quo nos cumque Deus jussit ire, sequi.  
Ut que tuis humeris non intolerabile fiat  
Sed leve portatu, nec geminetur onus.  
En vel ad hoc ipsum nunc arma vicaria lectæ  
Conjugis excelsa mittit ab arce Deus.  
Ut tibi sit Domini, (cujus Primarius audis  
Sempronii Pastor) pascere cura gregem,  
Emit quem fuso pretioso sanguine CHRISTUS:  
Unica procuret sponsa marita domum.  
Immensus labor est simul huic illique vacare,  
At si partiris, fit levis iste labor.  
Et tibi talis erit, quia dispartiris: utrumque  
Ditet inexhausta fons bonitate Deus.

Scrib. Argentorati  
M. Elias Kolbad D. Junioris  
Petri Pastor ordinarius.

B 2

Oni-

Ufibus

10. 11

"Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum!"  
(303.19.2.)

37 37

XI.

**E**s mire felix, Barthi Charissime Amice,  
Quod cupis, omne capis.  
Commoda cum vitæ quærebas, patria linquens  
Rura, vide officium  
Jova debit venerabile verbi; Maximus idem  
Conditor orbis amat  
Consortem suavem Thalami, pietate venustam  
Afficias tibi.  
Nonne ergo es felix & fortis munere dives?  
Porro nec ulla filix  
In tam felici succrescat amore, quod, opto,  
Optimus impedit.

*Gratulationis ergo adposuit  
M. Baltasar Wintergerst Eccles.  
Neopetrina Argentia Diaconus.*

XII.

Plurimum Reverendo Clarissimoque  
D O M I N O  
M. J O : C O N R. B A R T H I O,  
S E M P R O N I I E C C L E S I A S T A E P R I M A R I O,  
F A U T O R I E T A M I C O C O L E N D O,  
S P O N S O.

**A**rgyrope merito celebris nunc Alsata tellus  
Deberet Studus se exhilarare tuis.  
Verum longinquas, Barthi, dimissus ad oras,

Et

"Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum."  
(303.1922.)

12

13

37 3251.

Et dulces linquis tu patriosque lares.  
Hungariæ fines, Daniæ quoque cimbriæ regna  
De te certarunt, Austria itemque favet.  
Nunc OEdenburgum fixam tibi reddere sedem  
Decrevit; cura pastor ovile vigil!  
Utque tibi possis mandato munere fungi,  
Graviter ac studus invigilare tuis,  
Sponse tibi casto tandem afociatur amore  
In thala munque venit sponsa pudica tuum  
Liberet ut curis onere atque labore molestis,  
Queis non succumbunt sœmina virque pares  
Gratulor ut fausto Neonymphi fidere juncti  
Sint unum semper corpore, mente, fide.  
Pax et amor regnet, tristis discordia cesset:  
Sittua, sit CHRISTI pace repleta Domus.  
Vivite felices, multis vos sospitet annis  
Autor Conjugii, vos cumuletque bonis!

Sic accinere voluit  
M. Joannes Scheuring in Ecclesia  
Patria ad D. Thomæ Diaconus.

XIII.

Viro Reverendo & Clarissimo

D O M I N O

JOH. CONRADO BARTHIO,

Amico certissimo & in

CHRISTO FRATRI PERDILECTO.

Hæc est forma viri cui sunt Mysteria verbi  
Credita divini, Paulus ut hancce refert.  
Sobrios, irreprehensibilis, prudensque, pudicus

B 3

Or-

12 13  
Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum!  
(303.19.3.)

37 34521.

Et dulces linquis tu patriosque lares.  
Hungariæ fines, Daniae quoque cimbriæ regna  
De te certarunt, Austria itemque favet.  
Nunc *OEdenburgum* fixam tibi reddere sedem  
Decrevit; cura pastor ovile vigil!  
Utque tibi possis mandato munere fungi,  
Graviter ac studus invigilare tuis,  
Sponse tibi casto tandem associatur amore  
In thalamumque venit sponsa pudica tuum  
Liberet ut curis onere atque labore molestis,  
Queis non succumbunt sœmina virque pares  
Gratulor ut fausto Neonymphi fidere juncti  
Sint unum semper corpore, mente, fide.  
Pax et amor regnet, tristis discordia cesset:  
Sittua, sit *CHRISTI* pace repleta Domus.  
Vivite felices, multis vos sospitet annis  
Autor Conjugii, vos cumuletque bonis!

*Sic accinere voluit  
M. Joannes Scheuring in Ecclesia  
Patria ad D. Thomæ Diaconus.*

XIII.

Viro Reverendo & Clarissimo

D O M I N O

JOH. CONRADO BARTHIO,

Amico certissimo & in

C H R I S T O F R A T R I P E R D I L E C T O.

**H**æc est forma viri cui sunt Mysteria verbi  
Credita divini, Paulus ut hancce refert.  
Sobrios, irreprehensibilis, prudensque, pudicus

B 3

Or-

12 13  
Regi nyomtatványok Bratislava-Lyceum:  
(303.19.2.)

37 3251

Ornatus, Doctor sit, det & hospitia,  
Unius uxoris vir, nummi nullus amator  
Lite vacet, morum sit probitate bonus!  
Hoc unum deerat sponso, servire volenti  
Rite choro, sociam jungat ut hancce thorí  
Filii ut ex thalamo surgant hoc subditi, in omni  
Laude pudicitiae, faxit Jova potens.

Blanda Vir  
Currat Virg  
Utque viru

*Gratulab. accinebat  
Daniel Koenig Argent. Ecclesie Cathedralis Patriæ  
Diaconus.*

U T sit Se  
Sis &  
Utque  
Et propri  
Ut Cathedr  
Exornet  
Ex argentin  
Ad te qui

XIV.

V I R O

Plurimum Reverendo & Celebratissimo

D O M I N O

B A R T H I O A M I C O

D E S I D E R A T I S S I M O.

B Arba virum reddit : sic demens vulgus incepit,  
B A R T H I micedas sub nomine ludere A M I C O ,  
Non te Barba virum, sed magna scientia reddit,  
Non te Barba virum, sed magnæ gloria famæ  
Non te Barba virum, sed splendida gratia Regum.  
Ast est, quo nondum vir : adhuc quod deficit, unum.

Blan-

„Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303.19.2.)

14

15

37 34-1.

Blanda Virago, puto; sed & hæc jam currit in ulnas  
Curat Virgo! parens olim sic læta recurrat  
Utque virum, læta faciat sic prole parentem.

*Ex veteris Amicitie vigore animitus  
prospera queq; appræcatus Congratulatur.  
M. Jo. Christophorus Rebhan  
Eccl. Wilhelmit. Diaconus, & Capituli  
Stephanici Canonicus.*

XV.

**U**T sit Sempronium tibi sedes commoda, BARTHI,  
Sis & sempronio commodus ipse tuo.  
Utque tibi domuique tuæ sit sponsa saluti,  
Et propriam ædifices tu quoque sponsæ domum.  
Ut Cathedram exornet, quam credidit Hungara tellus,  
Exornet Cathedræ te quoque sanctus honor!  
Ex argentina votorum summa meorum est,  
Ad te quam Zephyrus lenior aura vehat.

*Ita Perquam Reverendo Clarissimoq;  
D. Sponso, Fautori atq; Amico & in  
Christo Fratri exoptatissimo, Nuptias  
Auspiciatissimus celebranti applaudit  
M. Johannes Georgius Artopodus  
Argentinensis Ecclesia Patriæ  
que ad adim Thomanam Colligitur,  
k. t. Diaconus.*

B 3

Bartfi,

14 15  
"Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum!"  
(303.163.3.)

## XVI.

B Arthi, Orthodoxæ Ecclesiæ Pastor bone,  
 Divina quem Pronœa misit Hungaris  
 Evangelistam , Sopron in sinum suum  
 Recepit , & secunda facta Patria est ,  
 Felice te complexa matrimonio.  
 Congratulamur huic bonæ sortituæ  
 Quicunque rebus hic tuis favent bene :  
 Miramur argumenta providentiaæ  
 Cælestis, en! in te sat evidenter:  
 Bona apprecamur, quæ chorum thorum decent ,  
 Ut utrobique fœtus existat tibi ,  
 Satus Deo , natus solo , datus polo.

*Exquis hinc, admodum Reverendum  
 D. Barthum Fautorem & Amicum suum  
 honorandum ex argent salutat  
 M. Reinhardus Brecht, Eccl. ad D. Jun.  
 Petri Diaconus.*

B A R T-

"Régi nyomtatványok, Bratislava - Lycium."  
 (303.19.2.)

37 3251.

XVII.

B A R T H I O S U O,

S P O N S O F E L I C I

P A U C I S H I S C E C O N S T A N T I S

E T

I N T E M E R A T A E A M I C I T I A

S Y M B O L U M

A R G E N T O R A T O T R A N S M I T T I T ,

*M. Joh. Theobaldus Henrici,*

*Diaconus Eccl. Nicolaitana, Argentor.*

G Ratulor hanc Sortem, BARTHI, peregrina benigne  
Quam tibi terra dedit:

Quævis nempe viro, veræ virtutis amanti,  
Patria terra patet.

Utque tuos reliquos conatus fata secundant,

Sic quoque Connubium

Hoc, quod inis, felix faustumque tibique tuæque

Terque quaterque siet.

Reverendum  
Amicum suum  
Salutat  
cl. ad D. Jun.

B A R T -

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:  
(303/19.2.)

## XVIII.

RAMHAIION

NUPTIIS

Perquam Reverendi Præcellentissimique

D: M: JOH: CONRADI BARTHII  
ECCLESIAE ORTHODOXÆ OEDENBUR-GENSIS in Ungaria Primarii Pastoris Fautoris & Affinis  
maximopere colendi boni omnis ergo  
dicatum.

á.

M: JOHANN SIGISMUNDO LARIZIO.

**V**erba mi BARTHI, dare vana amicis,  
 Vana res est, si modo res vocanda,  
 Nostra quam pejus cane, pejus odit  
 Angue camæna.  
 Res potis non est pretio æstimandas,  
 Cui micat pauper focus igne parvo  
 Liberali fundere dextera, quas  
 Non petis à me.  
 Verba cum nolim dare, nec queam res,  
 Quas recens nuptis solet erogare,  
 Cuncta qui fulvo male Crœsus uno  
 Æstimat auro,  
 Nuptiis vestris satis auspicatis  
 Tale nil offert mea dedicatque  
*Musa*, vobis omnia qua precatur  
 Commoda vitæ.

Er-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum:  
 (303.19.3.)

18

19

Erg  
Qu  
Alp  
Euxino  
Forti p  
Institui  
Alfatic  
  
E  
Teuto  
Positiv  
Quas &  
Nunch  
Cognit  
  
Barbarus ~~Codice~~ Exte N  
Atque  
Produc  
  
Sic  
Ducit &  
Quas ne  
  
Er  
Ergo de  
Gratulc

37 37-1.

XIX.

HII  
NBUR.  
Affinis

Ergone Pannoniis tibi sedem deligis oris,  
Qua Savus Dravusque tument, qua sceptriger Ister  
Alpinis nivibus confusas devehit undas  
Euxino patriæque tuæ non degener exul  
Forti posse viro Patriam virtute parari,  
Instituis tua per reliquos exempla docere,  
Alsatici, CONRADE, soli prænobile germen;

Ergo tibi Cathedram confert Sempronium & aures  
Teuto, Dacus, Thrax, Hunnus habet permistus eadem  
Possit ut Alsaticas bibere hic velut ille loquelas?  
Quas & opes animi tibi Patria credidit, illas  
Nunc habeat tellus vicino cognita Ponto,  
Cognita semiferis bello vel fædere Turcis?

Barbara <sup>Codex</sup> Ergo Thorum sponsamque tibi Thalamosque parabit  
~~Exte~~ Nobilitas ritus ignara paterni <sup>extera</sup>  
Atque nurus provisa tuæ fuit ~~BARBARA~~ Matri  
Producetque Patri quondam gens Hunna nepotes?

Sic fatis agimur, sic nos non nostra voluntas  
Dicit & humanas divina potentia fortes,  
Quas nemo vertisse queat mittitque regitque.

Ergo tibi sedem, tibi gratulor ergo cathedralm  
Ergo domum sponsamque tibi, grator honorem:  
Gratulor *Hungariae* tua plurima dona vicissim.

Cij

Det

18

19

„Regi nyomtatványok Bratislava Lyceum:  
(303.19.3.)

37 345

Det Deus , ut possis peregrinae commoda terræ,  
Illa referre tibi patriamque refarciat illa !

Ita vovet

M. JOANNCHRISTOPHORUS  
ARTOPOEUS P. L. C. & in  
Gymnasio superiori Paedos Praeceptor.

REVE

D.M.

A

H Sac. Reg

Regie liberae

I

G

SPONS

UND

AN

"Regi nyomtatványok Bratislava lyceum!"  
(303.19.2.)

20